



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. III. Quæ studia Superiorum Facultatum, & quam diuturna.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

S E C T I O III .

*Quæ studia Superiorum Facultatum
et quam diuturna.*

1. **C**um Societatis studiorum scopus *Utilitas horum studiorum.* sit , Proximos ad cognitionem , & amorem Dei juvare , ut dictum est , cumque , ad eum finem , medium magis proprium sit facultas Thcologiæ ; in hanc potissimum Scholastici nostri incumbent . Et *y P. 4. Proœm.* quia ad eandem Scientiæ naturales maxi- *& c. 5. §. 1.* mè disponunt ingenia , qua diligentia par *& c. 12. §. 1.* est , hæ quoque addiscendæ . *& 3.*

2. Nomine autem Scientiarum natura- *Philosophia cur-* lium hic comprehendimus Logicam , Phy- *sus.* sicam , Metaphysicam , Ethicam , & Ma- *z P. 4. c. 5. §.* thematicam . *z Quas quidem scientias* *1. & c. 6. §. 4.* Nostri non addiscent minori spatio , quam *& c. 12. C. &* trium annorum . *a Immo neque in gra-* *c. 14. §. 3. &* *c. 15. §. 2.* *tiam Coadjutorum spiritualium breviores* *z P. 4. c. 15.* cursus Artium , vel Theologiæ instituendi *§. 2. & St. R.* sunt : sed illi studio Humaniorum litera- *Prov. 17.* rum contenti , casus Conscientiæ audire possunt . *b Iis potius , qui actus Scholasti-* *b C. 1. D. 69.* *cos celebrare debent , & gradum magiste-* *rii suscipere , ultra triennium medius annus* *c P. 4. c. 6. §.* *repetendæ Philosophiæ concedendus est.* *c 16. & c. 15.*

K 2

3. Præ- §. 2.

*Mathematicæ
atque Ethicæ
studia.*

3 Prædictum autem triennii spatium ita Philosophiæ potissimum impendendum est; ut secundo tantum anno Philosophi omnes, tribus circiter horæ quadrantibus Mathematicam prælectionem audiant. Et si qui præterea sint idonei, & propensi ad hæc studia, privatis post cursum lectionibus exerceantur. *d* Ethica verò Metaphysicis explicanda est quotidie, per tres quadrantes, aut semihoram. *e*

d St. R. Prov.
20.

e St. R. Prof.
Mor. 2.

*Theologie cur-
sus.*

f P. 4. c. 15. §.
3. & P. 5. c. 2.
§. 2. & C. 13.
D. 15. & St. R.
Prov. 9. §. 1.
g C. 7. D. 33.
§. 7. & St. R.
Prov. 9. §. 1.
*Scriptura Sacra
& Hebraica
lingua.*

h P. 4. c. 6. §.
5. & D. & c.
13. §. 4. & St.
R. Prov. 6. &
8. & R. Pr.
Heb. 2.
i St. R. Prov. 8.

4. In Theologiæ verò cursu quadriennium explenduni est; *f* quam duo, aut tres Magistri prælegent; ex quibus tertius, ex professo, explicabit Theologiam moralēm; quam Nostrī biennio saltem audiant;

g altero verò biennio Scripturam Sacram.

g. Ad cuius intellectum, linguae illæ, in quibus scripta, vel versa fuerit priùs, aut posteriùs, ut Superiori videbitur, disci poterunt. Sed in hoc linguarum studio Nostrī eò spectent, ut versionem ab Ecclesia approbatam defendant: & propterea ad illas non debent accedere, nisi multa doctrina, aut magna humilitate fulti. *h* At speciatim de lingua Hebræa statutum est, ut ejus lectionem omnes Theologi audiant, secundo ferè vel tertio anno; iis solum exceptis, qui ad eam inepti penitus censentur. *i*

G. Cete-

6. Ceterum si hoc studiorum tempore
in Collegiis non fuisset otium ad Concilia,
Decreta, Doctores Sanctos, & res alias
morales legendas; postquam ex eis egressi
fuerint, unusquisque privato studio, cum
approbatione Superiorum, id posset effi-
cere; præsertim si in doctrina Scholastica
solida jecerit fundamenta. *g* Sed de Theolo-
giæ positivæ studiis inferius agetur Sect. 6.

*Iuris Canonici.**l P. 4. c. 5. B.**& In. 4. §. 2.*

S E C T I O I V .

*Exercitationes Scholasticae Scholarium
Societatis.*

HAETenus quæ ad materiam, *Repetitiones ora-*
tempusque studiorum superio-*dinaria.*
rum. Jam quæ in iisdem facultatibus ad
exercitationes nostrorum Scholasticorum
proprias, nec cum Externis communes
pertinent, exponenda sunt. Inter has pri-
mo loco veniunt Lectionum Philosophi-
carum Repetitiones; quæ domi sient quo-
tidie, præter Sabbata, vacationes, & dies
festos, horâ unâ designandâ; qua repetatur
à Nostris, & disputetur. Præmoneatur
itaque unus, aut alter, ad repetendum
memoriter, non plus, quam per quadran-
tem: postea argumentetur unus item, aut

K 3 alter,